9

Beati Severii confessoris, sed non consummavit, [circa annum Domini V^c LXXVIII.] Eo tempore occupata fuit Venetia a Longobardis, et absque bello expulsi sunt. [Obiit die XVI Kal. Septembris.] Sepultus est in civitate Classensi in archa magna saxea in ecclesia sancti Probi. Sedit autem annis VIII., mensibus II., diebus XVIII.

a) in mag. ead. manu, sed alio atram. suppl.
b) Classensis
c) mensis

De Johanne Romano archiepiscopo XXX.

Johannes Romanus XXX. consummator et consecrator ecclesiae sancti Severi. [Johannes secundus.] Sedit annos XVI, mens. . . . ., dies XVIII.

in mag. add. Jo. secundus
d) spatium vacuum rel.

De Mauritio archiepiscopo XXXI.

Mauritius XXXI, [al. Marinianus.] natione Romanus, in omnibus valde decorus, nepos predicti Johannis predecessoris sui. Ipsius tempore visum est terribile signum in celo, et Theodoricus rex Francorum cum Lothario patruelle suo bellum commisit. [Obiit die X. Kalendas Novembris.] Sepultus est in archa Beati Apollinaris extra muros Classis. [Qui consecratus fuit a Beato Gregorio papa circa annum V^c LXXXXVII].

in mag. suppl.
e) Mauricius
f) cum

De Johanne archiepiscopo XXXII.

Johannes Classensis XXXII [Johannes tertius.] Hic plenus corpore, pulcra forma, et omnium bonorum secutator vel sectator. Sepultus est in ardica Beati
606 Apollinaris. [Hic sedit annis 5, mens. 10, diebus 18.] [Floruit Johannes Classensis circa annum Domini VI^c VI, tempore Focae imperatoris.]

in mag. suppl.
g) pulcri
h) imperatoris

De Johanne archiepiscopo XXXIII.

Johannes IIII^us XXXIII. Sepultus est in ardica beati